

enim quis confit. 5. dicit, quod comedere carnes, vel lactescia in diebus prohibitis necesse est, potest interpolari diebus, vel eodem die, si non tenetur ieiunare, in prandio edere carnes, vel oua, & in cena pisces, vel e contrario, nisi notabiliter ei nocet; quia potest fauori suo renunciare: at in eodem prandio non potest, quia vel non potest veisci piceis sine damno notabilis, vel potest: si non potest, peccat eos comedendo: si potest, caret necessitate edendi oua, vel carnes: at non est mortale, si simus comedere tam parum pisces, quod parum ei nocet, ac ester veniale, quia superflue, & cum aliquo damno, sine necessitate comedit. Hac Nauar. ibi.

Alij vero licet stricte, & scrupulosè loquantur, non tamen ita scrupulosè ac Nauar. & sic dicunt primò, quod si illis licentia conceditur edendi carnes, vel oua ad conualecendum, & vires recuperandas, possunt simili pisces edere, præcipue, si est persona solita comedere pisces, & plus illi, quam carnes placent, nisi pisces eorum saluti noceant. Secundo dicunt, quod si licentia oua, & carnes comedendi conceditur illis, eo quod pisces illis nocent, non poterunt simili carnes, aut oua, & pisces comedere, nisi parum pisces ad appetitum excindant, aut quando est pisces saluberrimus, sicut est trutta. Sic tenet Manuel in Bulla §.6.n.5. & 1. tomo summe, cap. 14. num. 10.

Sed dicendum est, quod si alii ob necessitatē licet edere carnes, vel lactescia, non peccat contra præceptum Ecclesiæ abstinenti ab his, si simili edat pisces; quia ratione necessitatis Ecclesiæ hos excusat ab hoc præcepto: sed poterit peccato gula peccare, vt si pisces ei noceant, vel si superflue illos comedat: vel peccato scandali, si alios in hoc scandalizet, vel si forte si statutum Synodale in illa diocesi, ne simili hæc edantur (vt in Synodo Hispaniæ prohibetur sub excommunicatione rite de fergi, & obsernat. ieiuni. cap. 9.) peccabit contra statutum; sicut habens licentiam ratione morbi edendi carnes, non peccat contra præceptum Ecclesiæ, si carnes noctuas edat, sed peccabit peccato gula. Sic Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 1. num. 1. Vega lib. 6. summe, cap. 20. 9. Angles floribus 1. part. mat. de ieiuni. q. 9. art. 1. diff. 6. fol. 42. 7. & sequenti. Corduba summa q. 16. 8. pñcto 3. Ludouic. Lopez 2. part. instruct. noui. c. 112. de ieiuni. fol. 7. 15. & alii.

Nota quod nec peccabit contra statutum, vel peccato gula, si parum pisces simili comedat, ad excitandum appetitum, ut etiam concedit Synodus Hispaniæ supradicta; si tamen non indigeret hoc excitamento, peccaret. Sic Angles, Corduba, Ludouic Lopez, Vega ibi.

Secundo nota, quod edens lactescia ex pruilio Crucifixæ, nullo modo peccat velcendo simili pisces; quia potest pro libito veisci lactescia. Sic Manuel in Bulla §.6. num. 5.

Tertiò nota, quod Religioſi excepti non tenent feruare illam constitutionem Synodalem, licet effet Concilii Provincialis approbat à Papa. Ratio, quia ordinarii auctor illius constitutionis non habent iurisdictionem in tales Religiosos, & confirmatione simplex Papa nihil addit, ut bene Sylvest. verbo irregularitas. q. 4. & docti iuniores: ex consuetudine tamen possent teneri.

Tertiò insertur excusari ieiuniū eos, qui tam infirmaz complexionis sunt, vt vacuo stomacho

notabilem capitis dolorem, yei vertiginem patiantur, vel tota nocte calcificari, vel dormire nequeant. Nauar. cap. 2. Lat. num. 16. Hisp. num. 1. 5. Gabriel 4. diff. 16. q. 3. Angles floribus, 1. part. mat. de ieiuni. fol. 40. 3. & docti iuniores.

Similiter excusat, qui tam debilis stomachi sunt, vt alimentum sufficiens via sumere nequeant, multo enim alimento notabiliter grauatur. Angles ibi, Sylvest. verb. ieiuniū. q. 9.

Item excusat prægnantes, & lactantes, quia indigent frequentiori cibo.

D V B I V M XV.

An paupertas excusat à ieiuniū.

Sit conclusio. Pauperes, qui non possunt habere vnicum prandium sufficiens ad ieiunandum, possunt simili pisces edere, præcipue, si est persona solita comedere pisces, & plus illi, quam carnes placent, nisi pisces eorum saluti noceant. Secundo dicunt, quod si licentia oua, & carnes comedendi conceditur illis, eo quod pisces illis nocent, non poterunt simili carnes, aut oua, & pisces comedere, nisi parum pisces ad appetitum excindant, aut quando est pisces saluberrimus, sicut est trutta. Sic tenet Manuel in Bulla §.6.n.5. & 1. tomo summe, cap. 14. num. 10.

Hinc iter agentes, qui hora prandij non possunt inuenire alimentum sufficiens, & famili, qui non obtinent a dominis suis vnicum prandium sufficiens ad ieiunium, excusat a ieiuniū. Ratio est impotens ad ieiunandum. Hec est omnium.

Nota primò, quod licet inuenient panem, & pomorum fructus, & ouera, non tenentur ieiunare, quia hæc regulariter non sunt sufficiens prandium. Sic Angles ibi, & prædicti 4.

Secundo nota, quod si aliqua die habeant pauperes prandium sufficiens, tenentur illa die ieiunare, nisi ex precedenti inedia ita debilitati sint, vt ieiunum commodè ferre non possint. Sic Tabien. Sylvest. ibi, Durand. 4. diff. 15. q. 9. art. 6. D. Thom. 4. diff. 1. 5. q. 3. art. 1. quæst. m. 4. ad 4. Tabien ibi, q. 9.

Nota secunda, quod licet ieiunare panem, & ouera, non tenentur ieiunare, quia hæc regulariter non sunt sufficiens prandium. Sic Angles ibi, & prædicti 4.

Secundo nota, quod si aliqua die habeant pauperes prandium sufficiens, tenentur illa die ieiunare, nisi ex precedenti inedia ita debilitati sint, vt ieiunum commodè ferre non possint. Sic Tabien. Sylvest. ibi, Durand. 4. diff. 15. q. 9. art. 6. D. Thom. 4. diff. 1. 5. q. 3. art. 1. quæst. m. 4. ad 2.

An vsor, que redditus macilenta, & displaceat viro ob ieiuniū, vel cui vir contradicat, excusat a ieiuniū, satis à nobis dictum est lib. 9. de matr. diff. 3. n. 5. 11. & 13. Et an si vir ob ieiuniū reddat imponens ad redditum debitum vxori, excusat a ieiuniū, latè dixi cod. lib. 9. de matr. diff. 3. n. 10.

D V B I V M XVI.

An capones, & vendentes cibaria in die ieiuniū, quos sciunt soluturos ieiunium, peccant; item an invitantes alios ad carnandum in die ieiuniū peccant.

DE hac re latè dixi lib. 1. summe, cap. 7. à n. 13. & n. 3. & 34. & ibi dictis tria solum restant addenda. Primum est, non peccare amicum ministerando alimenta in die ieiuniū alieni amico petenti, licet sciat eum transgressum præceptum Ecclesiæ. Ratio, quia per se opus amicitia, & virtus amicitiae exequitur, & ex malitia alterius per accidens consequitur transgressio. Sic Angles floribus, 1. part. mat. de ieiuni. fol. 41. 6.

Secundum, non peccare publicos hospites offerentes peregrinis cœnam diebus prohibitis, relinquendo vnumquemque sua propria conscientia, quia in hoc proprium munus exequuntur. Sic Angles fol. 41. 7.

Tertium

Lib. V. Cap. I. Dub. XVII. &c. 123

3 Tertium est, quando aliquis amicus, & hospes ducunt in domum meam in die, quo prohibentur lactescia, & si est iniuncta illum ad lactesciam, & apponere ea in mensa: nec oportet illum interrogare, quando est homo alicuius qualitatis, an ha-
beat bullam, quia probabiliter possim credere oinnes tales habent bullam; at quando est homo clavis inferioris, vel puer, de quo probabiliter potest dubitari, quod habeat bullam, & quod ob meam appositionem frangat præceptum Ecclesiæ, est mortale illi apponere, & teneor interrogare, ut habeat bullam. Sic docti iuniores.

4 An peccent famili parantes cibos, & ministrantes mensa dominorum soluentem sine iusta causa ieiuniū, latè dixi lib. 1. summe, cap. 7. à n. 8. & num. 34. & 35.

D V B I V M XVII.

An peccent patres famili as ministrantes causam famulis, & filiis suis nolentibus fine causa ieiunare.

D V PLEX EST SENTENTIA.

Prima dicit absołute peccare mortaliter. Ratio, quia tenentur ex officio facere, vt sui custodiāt præcepta Ecclesiæ. Sic Nauar. summa c. 2. 1. Hisp. num. 2. 4. Lat. num. 2. 6. Medina C. de ieiuniū, quæst. de his, per que ieiuniū soluitur, & Cardinalis Toletus.

2 Secunda sententia tenet oppositum. Sit

3 Prima conclusio. Paterfamilias tenetur in die ieiuniū preberi suis sufficiens alimentum vt possint ieiunare, si commode possint. Ratio, quia tenentur suis in ieiuniū fauere, si possint. Sic Ledesma 2. 4. quæst. 17. art. 3. fol. 2. 0. Angles floribus 1. part. mat. de ieiuni. fol. 41. 5. & alii.

4 Nota hoc intelligi quando domini absolute tenent prouidere famulis de alimentis, nam si de portione quotidiana facta fuerit consentio, non tenentur domini eam angere ratione feruū; tantum enim tenentur ad portionem conveniāt. Sic Angles ibi.

5 Secunda conclusio. Tenerit paterfamilias admonebit famulos, vt ieiunent, & aetiori vinculo tenetur eos fraternaliter corrigit, quam extraneos: at si nolint ieiunare, vel audire Missam, &c. non tenent eos compellere ad ieiunandum, vel ad audiendū Missam, &c. & potest ei dare cœnam. Ratio, quia dominii non habent curam spiritualium suorum famulorum, vt Episcopi, ad quos spectat cura hæc coetivaria, & punitia ad fernanda præcepta Ecclesiæ. Sic tenet Angles, & Ledesma super, & Ledesma etiam art. 6. dub. 4. fol. 2. 12. & 2. 16. Soto de secreto, membr. 2. quæst. 3. conclus. 4. wesc. respondet, quaria conclus. Angles etiam quæst. 5. 2. art. 3. & Ledesma idem dicit de feruū. Immo Soto, & Aragon dicunt, non teneri arcere feruū a concubina, expellendo eum domo, nisi forte propter scandalum.

6 Nota tamen, quod si seicit paterfamilias probabiliter quod prodesit famulus suis negare, ei cœnam semel, vel iterum in die ieiuniū, debet ei facere, licet non tenuerit ad id. Sic tenet viri docti. Quod filios autem aliqui tenent, quod dictum est quod famulus ieiunare possit.

7 Quod filios autem aliqui tenent, quod dictum est quod famulus ieiunare possit. Sic aliqui iuniores, & sati fauunt Soto, Angles, Aragon super, vniuersitatis enim loquantur de familia.

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. II.

Sit tamen tertia conclusio: Probabiliter videatur teneri parentes compellere filios sub sua cura constitutos ad ieiunandum, denegando eis cœnam. Ratio, quia parentes tenentur educare filios in disciplina, & correctione Domini, vt ait Apol. ad Epiph. ergo tenentur quantum eis in le coherere eos à peccato, & facere, vt feruent ieiuniū, negando eis cœnam. Sic docti iuniores: & fuit Corduba addit ad Somm. de secreto, memb. 1. quæst. 3. conclus. 4. vbi dicit teneri parentes corripere filios punitione domestica, vt feruent præcepta Ecclesiæ.

Nota hoc debere intelligi, quando possent facile, & comodè parentes adhibere dictum feniendum, & ex eo speratur fructus in filio, quia si filius esset talis, & tam patrem subiectus, quod si ei denegaret cœna, orietur magnum scandalum, & rixa domi, vel iret coenatus cum alio amico, non tenetur ad hoc pater. Sic docti iuniores, & consonat Catec. 2. 2. quæst. 3. art. 6. vbi inquit imprudenter agere partes, vel heros, corrispondentes vitia famulorum, vel famili, quando vident nihil prodesse, sed plios prius facere, & prouerpere in blasphemias.

D V B I V M XVIII.

Qui dies sunt ieiuniū.

B Reuter dico, quod de iure est Quadragesima, 1. cap. quadragesima, de confessari, diff. 5. & cap. non licet, de confessari, diff. 3. Item quatuor tempora, scilicet post D. Luciam prima feria, quartua, & ieiuta, & Sabbatho, & post exaltationem Crucis mensis Septembris prima feria, quarta, & sexta, & Sabbatho, cap. summis, & diff. 7. 6. Item vigilia omnium Apostolorum, demptus vigilia D. Barnabæ, D. Iohanni, & Iacobij, D. Iohannis Euangelista, cap. consilium nostrum, de obseruat. ieiuniū, & cap. 1. admodum it. Item vigilia Nativitatis Domini, & Assumptionis B. Marie, & de vixaque habetur cap. 1. de obseruat. ieiuniū. Item de generali vixu Ecclesiæ, non enim habetur tale præceptum in iure, ieiunatur in vigilia S. Ioannis Baptiste, omnium Sanctorum, & S. Laurentii, vt bene notat Sylvest. zerbsteinum, quæst. 1. & Catec. verbo ieiuniū, cap. 2. & vterque etiam dicunt in vigilia Pentecostes non esse de iure, vt ieiunari, sed tantum ex generali confusione. Et idem dicit vterque de ieiuniū quatuor temporum Pentecostes, licet alij ieiuniū horum quatuor temporum cœlestis esse de iure. In reliquo vero diebus non obligari ieiuniū, nisi aliquibi sit consuetudo legitime prescripta, iuxta dictos Doctores, & omnes.

Nota si aliquod festum dictorum afferens vigiliam, que obligari ieiunandum, accidat feria tertia, & feruū, transferit ieiuniū Dominica in diem precedentem, cap. 1. & 2. de obseruat. ieiuniū.

An vero in die Dominica licet aliquando ieiunare, dixi lib. 2. summe cap. 1. 2. n. 13. ad 1. 5.

Secundo nota, quod excepta vigilia Assumptionis Beatae Marie nulla alia vigilia eiusdem obligari ad ieiunandum, vt dicunt Doctores citat; licet de vigilia Nativitatis D. Marie dubitet D. Anton. 2. p. 2. 6. cap. 2. 8. 1. unde licet communiter quod filios autem aliqui tenent, quod dictum est quod famulus ieiunare possit.

Quod filios autem aliqui tenent, quod dictum est quod famulus ieiunare possit. Sic aliqui iuniores, & sati fauunt Soto, Angles, Aragon super, vniuersitatis enim loquantur de familia.

L 2 tumuis

tumus longas, obligare ad peccatum; sicut nec confutato recitandi quotidie Anglicanam in principio noctis obligat, quia sit ex devotione. Vnde nulla est obligatio praedictas vigilias B. Mariz ieiunandi, nisi viri docti communiter, & absque vello dubio censerent esse consuetudinem obligantem. Sic docti iuniores.

DVBIVM XIX.

An iure interdicatur in tota Quadragesima, etiam in Dominicis eius, edere oua, & lacticinia.

1 Communis sententia est, iure interdicti habeatur. Cedere in ieiuniis Quadragesimae, ut patet ex cap. denique, 4. dist. quod est D. Gregorij Papa: & refert etiam illud ex D. Gregorio Ivo in panormia iuri lib. 4. cap. 29. licet Couar. 4. var. cap. 20. n. 15. dicat se non ieiuniare, apud D. Gregorium. Probatur etiam ex septima Synodo Constantiopolitana, que est generalis, can. 5. vbi expresse hoc habetur. Sed hi canones iuxta veriorem opinionem non sunt ex illo Concilio; ut late probant Cano lib. 5. de locis, cap. 20. ad 6. & P. Turrianus lib. de canonicis sexta Synodi, vbi plurimos ad hoc allegant. Hoc tamen, telle Couar. ibi, fatentur omnes.

2 De Dominicis vero Quadragesima quidam (vt refert Corduba vbi infra) dicunt posse in illis edere lacticinia abesse bulla.

3 Ceterum dicendum est nullo modo posse, sed iure etiam in illis interdicti estum horum. Probatur, quia dicto cap. denique, haec prohibent in Quadragesimae: at dies Dominicis illius sunt dies Quadragesima, ut constat ex cap. 2. Quadragesima, de confess. dist. 5. vbi diebus omnibus Quadragesimam dicitur ieiuniandum praeter dies Dominicis: ergo dies Dominicis sunt dies Quadragesima; alias edet incepit exceptio. Item, quia in dicto canon. 5. sexta Synodi, reprobator viuis comedendi lacticinia in Dominicis Quadragesimam: & quando haec nihil praeflarent, fit est generalis consuetudo tunc haec prohibent in Quadragesima; et ratio prohibicionis, quia ibi signatur, est, vt in his diebus quibus ieiuniamus, abstineamus a lacticiniis, aquae procedit in omnibus ieiuniis: & sic idem videtur disponere in omnibus ieiuniis. Idem Anton. Gomez, clausula 7. n. 3.

At tenendum est hoc non esse interdictum in reliquis ieiuniis extra Quadragesimam iure communis: & sic in illis fas est, ea praecipi opposicione habeat, ut dixi lib. 4. summa, cap. 11. num. 5. 2. Probatur, quia illi textus tantum loquuntur de Quadragesima, & cum sint de re penal, non sunt extensis, maximè cum multo maior sit ratio ieiuniis abstinentiae in Quadragesima; quia est tempus maioris penitentiae, & in quo celebratur passio Christi. Sic D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. fine, & 4. dist. 15. q. 5. art. 4. questione 2. ad 4. Durand. dist. 15. q. 9. num. 1. Vigueri, instit. cap. 7. 8. 3. ver. primo, Cor. dubia summa 9. 1. 6. 8. Metina C. de ieiunio, 1. Caiet. summa, 1. verb. ieiunio, Aramil, ibi 1. Rosella num. 1. Sylvestr. quast. 5. dict. 1. Angel. mon. 5. Tabien. q. 1. Taur. 4. rem. cap. non operet. de confess. dist. 3. Gabr. 4. dist. 1. 6. q. 3. art. 3. Nauar. cap. 21. Hilp. num. 13. Latine in vitaque num. 1. Abul. cap. 6. Matthaei, 9. 17. Richard. 4. dist. 1. 5. art. 3. q. 5. fine, Palud. dist. 1. 5. q. 4. num. 1. 3. D. Anton. 2. p. 1. 6. cap. 2. 3. Palac. 4. dist. 1. 5. dist. 8. pag. 126. Enriquez lib. 7. de indulg. c. 13. n. 9. Manuel 1. summa, c. 2. 3. fine.

Hinc infertur, quod in novo orbe, & in terris nouo repertis possint semper extra Quadragesimam ediri lacticinia; quia ibi nulla est consuetudo inducta. Sic Nauar. ibi, & alii viri docti.

5 Secundum nota hinc excusari pauperes ostiati mendicantes, qui non habent aliis vnde susten-

tentur, nisi ex fragmentis ouorum, & lacticinio-rum, quae hic, vel ibi illis dantur, possunt enim licite ea comedere, licet careant bulla. Pater cadem ratione. Sic Manuel 1. summa, cap. 2. 3. fine. Enriquez supra n. 9. & multi viri docti.

Tertiò nota idem dicendum, esse de iter agentibus, licet diuitiae sint, possunt enim sine bulla lacticinia edere, quando non inteniente in itinere pisces, quos emant. Vnde omnes hi admoneendi sunt à Confessore, ne peccent ex conscientia erronea. Pater eadem ratione.

Tandem nota multo maiorem necessitatem requiri, vt fas sit in diebus prohibitis velci carnis. Vnde si nullus aliis cibus esset, nisi panis, non licet carnis velci, nisi per plures dies duraret inedia, vt in longa nauigatione, & in atrocis bellis, ubi debet vietus. Sic Angles vbi supra difficult. 4. fol. 426. & nonnulli docti iuniores dicunt le nullo modo audere excusare agricultores, qui causa paupertatis in locis, vbi non est oleum, præparant herbas lardo, id est, con mantea, de puerco; in diebus, in quibus eius carnium, & lardo est prohibitus.

DVBIVM XX.

An in reliquis ieiuniis extra Quadragesimam iure interdicatur edere lacticiniorum.

Couart. 4. var. cap. 20. num. 15. censet etiam in his ieiuniis esse iure interdictum estum lacticiniorum. Probat, quia licet cap. denique, 4. dist. & canon. 56. sexta Synodi Constantinopolitana, tantum haec prohibent in Quadragesima; et ratio prohibicionis, quia ibi signatur, est, vt in his diebus quibus ieiuniamus, abstineamus a lacticiniis, aquae procedit in omnibus ieiuniis: & sic idem videtur disponere in omnibus ieiuniis. Idem Anton. Gomez, clausula 7. n. 3.

At tenendum est hoc non esse interdictum in reliquis ieiuniis extra Quadragesimam iure communis: & sic in illis fas est, ea praecipi opposicione habeat, ut dixi lib. 4. summa, cap. 11. num. 5. 2. Probatur, quia illi textus tantum loquuntur de Quadragesima, & cum sint de re penal, non sunt extensis, maximè cum multo maior sit ratio ieiuniis abstinentiae in Quadragesima; quia est tempus maioris penitentiae, & in quo celebratur passio Christi. Sic D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. fine, & 4. dist. 15. q. 5. art. 4. questione 2. ad 4. Durand. dist. 15. q. 9. num. 1. Vigueri, instit. cap. 7. 8. 3. ver. primo, Cor. dubia summa 9. 1. 6. 8. Metina C. de ieiunio, 1. Caiet. summa, 1. verb. ieiunio, Aramil, ibi 1. Rosella num. 1. Sylvestr. quast. 5. dict. 1. Angel. mon. 5. Tabien. q. 1. Taur. 4. rem. cap. non operet. de confess. dist. 3. Gabr. 4. dist. 1. 6. q. 3. art. 3. Nauar. cap. 21. Hilp. num. 13. Latine in vitaque num. 1. Abul. cap. 6. Matthaei, 9. 17. Richard. 4. dist. 1. 5. art. 3. q. 5. fine, Palud. dist. 1. 5. q. 4. num. 1. 3. D. Anton. 2. p. 1. 6. cap. 2. 3. Palac. 4. dist. 1. 5. dist. 8. pag. 126. Enriquez lib. 7. de indulg. c. 13. n. 9. Manuel 1. summa, c. 2. 3. fine.

Hinc infertur, quod in novo orbe, & in terris nouo repertis possint semper extra Quadragesimam ediri lacticinia; quia ibi nulla est consuetudo inducta. Sic Nauar. ibi, & alii viri docti.

DVBIVM

Lib. V. Cap. I. Dub. XXI. &c. 125

DVBIVM XXI.

An saltem ex consuetudine sit preceptum in Hispania abstinendi a lacticiniis in diebus ieiuniis, & sexis feris extra Quadragesimam.

1 Vidam assertur esse hanc consuetudinem in Hispania. Sic Angles floribus 1. part. maior. de ieiunio, quast. 9. difficultate 2. fol. 424. & in diebus ieiuniis esse hanc consuetudinem in Hispania, fatentur Nauar. summa Lat. cap. 21. num. 1. 5. & Metina lib. 1. summa cap. 14. 8. 10. fol. 98. & de ieiuniis, & sexis feris esse consuetudinem, restantur Alcozer summa cap. 24. præter textas ferias inter Pascha, & Pentecosten, Enriquez in Bellis, qui dicit cum Alcozer esse peccatum mortale ea comedere in illis absque Bulla; & Synodus Granatenensis coacta sub D. Petro Guerero Archiepiscopo Granata anno 1572. lib. 3. tit. 22. de obseruat. ieiuniis. num. 6. dicit in illo Archiepiscopatu esse consuetudinem abstinendi a lacticiniis etiam in sexis feris, & cum obligare sub peccato mortali. Candalabrum aurum in appendice cap. 1. 5. num. 6.

2 Sed his non obstantibus credo probabilius esse non obligare hanc consuetudinem. Probatur, quia, ut consuetudo habeat vim legis, debet esse inducta a maiori parte populi: sed haec non est huiusmodi, quia maior pars populi communiter haber Bullas, quibus id licuit: & qui Bulla carent, sunt pauci, & pauperes: & sic non potius maior pars populi inducere hanc consuetudinem. Item consuetudo haec debet esse inducta ea intentione, ut sit preceptum: & adhuc tunc non semper obligat ad mortale; sed quando inducta est ea intentione, ut sit obligare ad mortale: sed haec consuetudo non est inducta animo se obligandi, sed ex ignorantia, quia ignorantes credebat hoc sibi prohibitem; ergo. Secundò, quia melior est conditio possidentis: cum ergo res haec sit valde dubia, an sit talis consuetudo obligans: & quidam affirment, quidam vero negent, & semper etiam viri docti in hoc sint dubij, & trepidant, melior est conditio possidentium libertatem, scilicet non esse talem obligationem. Sic feniunt multi viri docti, & in hac magis inclinat Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 1. 5. num. 9. & Manuel 1. summa cap. 2. 9. fine; & dicunt multos viros doctos hoc sentire, & referunt Episcopos, qui hoc in suis diecessibus declarant: & iam hoc declarauit Concilium Prouinciale Toletanum anno 1583. & in Synodo Granatenis facta anno 1568. post magnam diligentiam ad id examinandum adhibitam repertum fuit non esse talem consuetudinem in Archiepiscopatu Granateni: atque ita quam certum potest iam hoc habeti in Hispania. Et pro nostra Societate id declarauit Pater noster Generalis Eucardius anno 1579. habita consultacione Patrum Hispanorum affirmauit in Hispania non esse talis consuetudinem: atque ita absque dispensatione licet, quamvis in Societate posset alia via hoc licere, quia licet in Hispania esset talis consuetudo, tamen cum illa non sit generalis in tota Ecclesia, Religioli non tenentur secundum consuetudines particulares secularium etiam Clericorum, nec Clerici aliorum secularium particulares consuetudines: sicut nec facultates laici consuetudines particulares Clericorum,

ne Clerici Religiosorum; quia cum sint diuersi status, sunt diuersae consuetudines, & ablinientia in illis, ut optime tenent Sylvestr. verbo ieiunium, q. 2. ex mente Archid. Angles floribus, 1. part. maior. de ieiunio, 5. 4. dub. 3. fol. 387. Ledetina 2. 4. q. 17. art. 3. fol. 204. Metina C. de ieiunio, q. quando est necesse ieiuniu. & docti iuniores. Vnde doctrina tradita quod extra Quadragesimam possint edi oua, & lacticinia in vigiliis in quatuor temporibus, est certior in Religiis, ob rationem dictam, quia elio est de hoc consuetudo, non est generalis totius Ecclesie, sed particularis, quia (vt dixi) non obligat Religiulos. Et quod possint edi in tota Hispania sexis feris, & in omnibus ieiuniis extra Quadragesimam, & sic habere usum tenet Baltanas in Apologia de celi lacticiniorum, fol. 8.

DVBIVM XXII.

In quo consistat ieiunium Ecclesiasticum, & an unica comeditio sit de eius essentia: & an si ea excedat metas temperantie, soluat ieiunium: & an si ex inaduentia aliquid sumatur, soluat ieiunium: & an peccet quis toties comedit in die ieiuniu, vel tantum in secunda comeditio.

Circa ea, que continentur sub hoc titulo, videtur de qua diximus lib. 4. summa, cap. 1. 1. & ibidem dictis addenda sunt que sequuntur. Primum addendum est, quod non tantum licet sumere in die ieiunii medicinam purè curatiuam, & pharmaceuticam, &c. sed etiam conferuatiuam, ut electuaria aliqua effectu ex faccharo bellaria, aut vigineti quatuor vias pastas. Et similiter est licet sumere vespere post prandium per modum medicinæ existenti simili causa aliquid ex faccharo conditum in parua quantitate. Sic docti iuniores.

Secundum addendum est, non solvere ieiunium aliquid sumere, ut confecta ex faccharo bellaria, ne potius noceat, dummodo sit in parua quantitate, & fiat bona fide ex causa vera, vel exultimata, quod nocebit potus. Sic Sylvestr. 2. 6. 6. ieiunio, 7. 3. & multi viri docti.

Norat tamen Caiet. 2. 2. q. 1. 47. art. 6. fine, quod cum erudum super indigentum noceat potius, & generet morbum, non licet cauta medicina sumere aliquid cibo adhuc indigello, ne potius noceat, bene tamen post digestionem cibi. Sed dicendum est, quod cum potus sit licitus, qui ad bibendum, aut quia invitatur, aut quia simili habet, bona fide sumit aliquid, ne sibi noceat talis potus, non peccabit, siue prandium sit digestum, siue non.

Tertium est addendum, quod hoc quod diciimus licet in die ieiunii sumere per modum medicinæ, vel ne potius noceat, non refut, siue sit electuaria, siue parum de fructibus, ut vix pastæ, vel parum panis. Sic Palacios 4. dist. 1. 5. dist. 8. fol. 1. 27. vbi dicit parum panis tolli. Sylvestr. verbo ieiunio, 7. 3. & multi viri docti.

Quarto addendum est minus bene dixisse Metinam lib. 1. summa, cap. 1. 4. 8. 1. fol. 97. & Vega lib. 1. summa, cap. 2. 5. vbi dicunt, quod si ille, qui iam semel sumpsit consuetudines collationem, sumit aliquid aliud, si id faciat ex appetitu gula, est solum peccatum veniale, & non violat ieiunium: sed si rogatu amici id faciat ad bibendum, non peccat:

& sic illum reprobat Angles 1. p. mat. de ieiunio, fol. 43.7. sed si intelligatur Metina, quando accipit tam parvam quantitatem, quod ratione parvitas excusat a mortali, bene dicit.

⁷ Quinque addendum est non peccare sumentes aliquid manu in die ieiunij per modum medicinæ, vel quia si sunt ieiuniū, os male oletur quia est cætor, & nisi aliquid sumat, non habet vocem accommodatam, vel quia lecturus, vel ministratus est mensa, vel differetur prandij, vel non erit ita aptus ad faciendum bene hoc ministerium. Sic docti iuniores.

⁸ Vnde potest Confessor colligere optimum remedium pro iis, quibus ieiunium fit difficultatum, & allegant aliquid debilitatem stomachi, vel capitatis, debet enim Confessor dicere illis, quod per modum medicinæ, & ad subleuandum debilitatem, & ne sint inhabiles ad debitu opera peragendas, poterunt sumere parum electuarium, vel fructus, vel panis, & bibere aquam, vel vinum, quoties voluerint, & si sic possunt ieiunare, tenentur ad id: nec per hoc impeditur, quin nocte possint sumere collationem consuetam. Sic docti iuniores.

⁹ Sexto addendum est, quod pincernis Principum, & dominorum non peccare, nec soluunt ieiunium, sed tenentur in ceteris ieiunare per hoc quod faciunt credentiam, id est, laetus in cibis, quos ministrant dominis, etiam si dominis manè comedant, & cibos prohibitos, scilicet carnes. Ratio, quia hoc non sit causa manducandi, sed ex necessitate seruitur, & pro securitate dominorum. Sic Syluest. verb. ieiunium, q. 3. particula 1. Caet. 2. 2. q. 147. art. 3. circa finem. Nauar. cap. 21. Hispan. num. 12. Lat. n. 13. Fr. Metina. d. 8. 10. fol. 97. Palac. 4. dif. 1. 5. dif. 8. fol. 119. & docti iuniores.

¹⁰ Septimum addendum est eos, qui inferiuntur infirmis posse aliquid comedere in die ieiunij etiam ex carnibus, quando vident id esse commode ad excitandum appetitum infirmorum, quia patiuntur fastidium: & probatur ex casu praecedentis de pincernis: grauior enim, & vigenter est haec causa. Item quia hoc postulat charitas, & Ecclesia non intendit impedire opera charitatis. Sic Nauar. supradicti & prædicti iuniores.

D V B I V M XXXIII.

An potus soluat ieiunium.

¹ Nota certum esse, quedam esse liquida, quæ licet trahantur per modum potus, habent tamē propriam, & per se rationem cibi: quare soluunt ieiunium, ut lac, ius. Ita Palud. 4. dif. 1. 5. q. 4. num. 34. Abulensis cap. 6. Matthai. q. 1. 3. Angles floribus. 1. p. mat. de ieiunio, fol. 43.4. Palacios vbi infra, fol. 137. Henriquez in suis scriptis, & alijs docti iuniores, qui dicunt idem dicendum esse de aqua saccharo mixta.

² Secundum nota ferè inter omnes conuenire, potum vini quando non sumitur in fraudem ieiunij, illud non soluere. Ratio, quia Ecclesia solam cibi sumptionem prohibet. Ita omnes Doctores citandi contra Alensem 4. p. 9. 104. memb. 1. art. 3. dicentes potum vini manè strangere ieiunium, non verò velipere.

At dubium est, an si vinum sumatur in ieiunij fraudem, id est, ad fedandam stomachi inmediam, &

famem, soluat ieiunium. Duplex est sententia.

Prima dicit illud soluere. Ratio, quia tunc vim non sumitur ut potus, sed ut cibus. Item quia contra legem facere videtur, qui in fraudem legis aliquid facit. Ita D. Thom. 4. dif. 1. 5. q. 3. art. 4. quæf. 1. ad 1. Richardus ibi art. 3. q. 7. ad 1. Rofella verb. ieiunium, num. 5. Tabien. q. 2. Angel. mon. 4. Syluest. q. 3. dif. 1. D. Anton. 2. p. 11. 6. cap. 2. 8. 9. Metina. C. de ieiunio, q. per que ieiunium soluitur. Gabr. 4. dif. 1. 6. q. 3. art. 3. & refut. Innocentius, Ledeini, 2. 4. q. 17. art. 6. fol. 216. pag. 1. Palacios 4. dif. 1. 5. dif. 8. fol. 127. 8. itidem bibere, & fol. 1. 37. Abulensis cap. 6. Matthai. q. 1. 6. Honcalo opus. de ieiunio, Henriquez ibi supradicti.

Secunda sententia veteri tenet non soluere ieiunium. Ratio, quia (vt docet D. Thom. 4. dif. 1. 5. q. 3. art. 4. quæf. 1. ad 3.) statutum positum legit non attendit intentionem obfervantis, sed ipsum actum; quia modus virtutis non cadit sub pracepto, sed est pracepti finis: sed hic actus, scilicet vinum bibere, non est contra praceptum ieiunij absoluere, & ex natura sua: ergo intentio bibentis non facit esse contra praceptum. Ita tenet Nauar. cap. 21. Lat. num. 13. Hispan. num. 12. Pedraza summa 3. pracepto. Tolterus in summa, Angles supradicti, Palacios verb. ieiunium. Fauent alii, qui abolute docent potum vini non soluere ieiunium, hi fuit D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 2. & ibi Caier. Paludan. vbi supradicti. Durandus 4. dif. 1. 5. q. 9. Metina lib. 1. instruci. cap. 14. q. 10. Turecerem. cap. non oportet, de consecr. dif. 3. num. 2.

D V B I V M XXXIV.

An interruptio comeditionis faciat, vt sit secunda comedio, & sic soluat ieiunium.

¹ Prima conclusio. Qui surgunt à prandio ad saliquid occurrunt, reverenti statim ad terminandum prandium, non peccant, nec soluent ieiunium. Ratio, quia illa tantum est, vna comedio ex intentione interrupientis, & per accidentem accidit diuilio illa: sicut etiam accidit in interruptione hore canonice, iuxta omnes. Sic Syluest. verb. ieiunium, quæf. 3. Caetian. in summa, verb. ieiunium, cap. 1. Nauar. summa cap. 21. Hispan. num. 12. Lat. num. 15. Palacios 4. dif. 1. 5. dif. 8. fol. 119. Angles floribus, 1. p. mat. de ieiunio, fol. 43.3. & notant alii docti iuniores non habendum esse scrupulum, si aliquam maiorem interruptionem fecit, quia haec moralia sunt: & etiam si per diuidiam horam, vel per viam interrupit, quia descendit ad officinam ad tradendas merces, quas emptor tunc petebat, potest adiuv prolequii prandium. Idem tenet Angles dif. 43.3. vbi dicit non frangere ieiunium, quando ex causa iusta interrupit, licet notable tempus intercedat. Idem videtur tenere expretus Caetian. cuius verba referant corollario statim inferendo, & Palacios supradicti, vbi vniuersaliter dicit, quod si non sufficiens refecit, & ex occupatione necessaria surrexit à mensa, potest cessante operatione perficere.

Hinc infertur, quod servatores, & lectors ad mensam possunt assumere aliquid ante talem letctionem, vel scritum, non tantum per modum medicinæ, vt possint debite exerci officium, sed etiam

etiam per modum cibi, & sustentationis, & ad subleuandum famem, licet nullam habeant necessitatem, quia possunt tunc incipere comeditionem, & finito seruito, vel lectione, perficere, vt patet ex dictis. Sic videtur expretus teneri Caetanus verb. ieiunium, cap. 1. vbi excusat predictos propter vnitatem prandij, quod statim debet continuare: & subdit quod illi, qui assumunt aliquid manu propter longam occupationem retardaturam prandium, non excusantur ex hoc capite, quia hora non videtur admittere, quod spectat ad vnitatem prandij, quod manu sumuntur, cum tantum distet à prandio; sed possunt (inquit) excusat ex debilitate: vbi patet manifeste, quod Caetanus excusat predictos lectors ob vnitatem prandij; & idem expretus videtur sentire Syluest. verb. ieiunium, q. 3. vbi excusat predictos, quia tota est (inquit) vna comedio, & vna mensa, propter continuum exercitum circa prandium, & citat pro hoc Rodolphi.

² Secundum infertur, quod famili, qui in seruientiis dominorum, non frangunt ieiunium comedendo gulose ex iis, que de mensa tollunt, si statim post dominos suos sint comedunt, quia rotundum reputatur vna comedio, & possunt illo modo incipere comeditionem. Sic aliqui docti iuniores, & constat ex dictis corollario predictum.

³ Secunda conclusio: Qui surgit à mensa cum voluntate non comedendi iam amplius, si potest redit ad eam, & comedit, frangit ieiunium, quia iam illa est alia comedio. Sic Angles supradicti, Pedraza 3. pracepto. Nauar. summa cap. 21. Hisp. n. 2. 2. Lat. n. 15.

Nota hoc intelligi, nisi statim, ac surrexit; adduceretur aliquid comedendum, quia tunc posset illud comedere: sicut posset, si antequam surgere à mensa iam prandio, & platico lincteolo, cum proposito non edendi amplius, manducare aliquid quod de nouo adduceretur. Ratio, quia moraliter confutat eadem comedio, & haec sunt moralia. Sic quidam docti iuniores.

D V B I V M XXXV.

An sit licita in diebus ieiunij collatio serotina, & qualiter sit licita.

¹ Liqui sentiunt non esse licitam, quando sit ad sustentationem naturæ, sed tantum quando fit ne potus nocet, vel ad dormendum, &c. Sic D. Anton. 2. p. 11. 6. cap. 2. 8. 9. Caet. 2. 2. q. 147. art. 6. & in summa verb. ieiunium, cap. 1.

² At dico primò, quod licet antiquitus non erat vpus faciendo collationem, quia prandium erat hora tercia pomeridiana; & in tale prandio vocabatur cena, quia nulla illud cibatio sequebatur: at modò iam vpus obtinuit, vt talis collatio sit licet, licet fiat ad fedandam famem, & ad sustentandum se, & licet nullo modo fit necessaria, quia iam consuetudo sic obtinuit. Sic tenet Panorm. quem referat, ac sequitur Syluest. verb. ieiunium, q. 3. particula 2. Nauar. cap. 21. Hisp. n. 12. Lat. n. 14. Couar. lib. 4. var. cap. 20. n. 11. Angles floribus, 1. p. mat. de ieiunio, fol. 43.5. Palacios in summa, verb. ieiunium, Margarita confess. vbi de gula, fol. 111. Metina lib. 5. summa, cap. 1. 4. 5. 10. fol. 96. & docti iuniores.

³ Secundum dico, quod haec collatio debet fieri in moderata quantitate, iuxta vsum proborum, & timoratorum enim sit notabilis quantitas, solueretur ieiunium: & licet D. Anton. supradicti dicat non posse sumi panem, atque eius buccellam soluere ieiunium: at melius Syluest. supradicti dicit posse sumi: vnde moderata quantitas erit quadrans panis cum pauci vni pannis, vel herbis, &c. in simili quantitate: & sic habetur vsum apud viros timoratos, & religiosos.

Primo nota, quod illa, quæ sumuntur ad collationem simili cum pane, non debent esse cibi, qui ordinantur communiter ad perficendam sustentationem, vt oua, pices: nam in his licet similis quantitas non violaret ieiunium, violaret tamen ratione qualitatis; quia multo minor quantitas ex his cibis confert maius alimentum. Sic Angles supradicti fol. 43.5. & docti iuniores. Vnde non potest fieri cum calce, lacte, cremore, amigdalino, & triticulo, id est, almentaria, y dñndi; licet non sine dammandi, quibus faciunt collationem, quia nihil aliud habent, aut ad dormendum, &c.

Secundum nota, quod licet est aliquantulo maior iusto collatio, non statim est peccatum mortale, nisi sit notabilis excessus. Sic nonnulli docti iuniores.

D V B I V M XXXVI.

An in vigilia Nativitatis Dominicæ licitum sit facere maiorem collationem, quam in aliis diebus.

¹ Ertum est fas esse duplo, & triplo maiorem. Excepito in pane, collationem facere, quam in aliis diebus: si enim habet vpus timoratorum, etiam Religiosorum. Sic docti iuniores.

Nota primò, quod haec quantitas collationis debet esse ex fructibus, herbis, vel electuarium cum medico pane, iuxta dicta sub predictis.

Secundum nota idem esse dicendum, licet Nativitas accidat feria secunda, & sic vigilia sit in Sabato: in modo licet in illo Sabato occurrat simili ieiunium quatuor temporum, quia adhuc est vigilia Nativitatis, & id quod dignius est, trahit ad se minimum dignum. Sic multi viri docti re late disputata. An vero haec licet quando ieiunium illius vigilis est ex voto, dixi lib. 4. summa, cap. 11. n. 6.

At dubitatur, an ex predictis fructibus sit licet sumere quantumcumque collationem in predicta vigilia.

Dupliciter est sententia.

Prima negat, quia vpus timoratorum id non habet, sed est corruptela. Sic Angles floribus, 1. p. mat. de ieiunio, fol. 43.6. Nauar. cap. 22. Lat. n. 14. Hisp. n. 22. Manuel 1. tomo summa cap. 23. n. 8.

Secunda sententia: probabilior doceat, quod potest quis in tali vigilia abique fratione ieiunij facere collationem ex fructibus, & electuarium quantumcumque voluerit, quia sic obtinuit confutatio recepta, videtur, & consentientibus Praelatis, ac idem facientibus. Sic Metina lib. 1. summa cap. 14. 6. 10. fol. 96. & docti iuniores. Quod si ex causa iusta aliquis in hac vigilia veller collationem in meridiem sumere, & prandium differre vsque ad noctem, vt posse fieri dicimus, huic non licet sumere in meridiem maiorem quantitatem, quam ea, quae sumi solet in aliis diebus ieiunij; quia vpus id non obtinuit, nisi in collatione illius

noctis, in qua iam incepit festum, non autem quando collatio fit in meridie.

7 Denique nota non licere illa nocte Nativitas facere plures collationes, quia hoc non habet vius.

D V B I V M XXVII.

An licet collationem serotinam mane facere, & differre prandium in noctem.

D V PLEX EST SENTENTIA.

Prima dicit non licere eam facere summo mane, nisi forte ex causa iusta itineris, vel aliarum iularum occupationum, quia plurimum labo ieiunii detrahatur: at licet eam facere hora conueta prandij, scilicet vndeceima, etiam sine aliqua causa, & differre prandium in noctem, quia hic modus est melior, & congruentius mortificationi ieiunii. Sic Angles floribus 1.p.m. de ieiunio, fol. 437. Ludouic. Lopez 2.p. infraet. noui, cap. 112. fol. 7. 10. dicit, quod non est mortale, & Toletus in sua summa dicit, quod ipse non condemnaret. Et vere est probabilis haec sententia.

Secunda tamen sententia probabilior docet id non licere, nisi ex iusta causa fiat, licet ratione debilitatis complexionis, vel aliqua necessitate agendi. Ratio, quia collatio hac licita est ex conuentudine: at consuetudo tantum habet, vt nocte sumatur. Probatur autem secunda pars, quia hora refectionis non est de essentia ieiunii. Sie Nauar. cap. 21. Hisp. num. 12. Lat. n. 14. Caet. 2. 9. 147. art. 6. §. te in vero, & in summa verb. ieiunium, in fine. Ludouic. Lopez supra; immo Caet. dicit existente causa iusta petendam esse dispensationem. At verius est cum reliquo. Doctoribus non requiri tam dispensationem.

3 Nota, quod Societas Iesu habet priuilegium (vt pater in compendio, verb. ieiunium, §. 1.) ut possint nostrarum iter facturam mane sumere collationem.

4 Tandem nota, quod qui non potest alter ieiunare, nisi sumendo mane collationem serotinam, tenetur hoc modo ieiunare, quia moraliter pracepta moraliter sunt interpretanda in executione, ut mos bonus intentus in excepcione, quantum fieri potest, seruerat. Sic Caet. verb. ieiunium, cap. 3. circa finem, & 2. 2. quest. 147. art. 6. dub. 4. & docti recentiores.

D V B I V M XXVIII.

Qua hora sit comedendum in die ieiunij, & an licitum sit anticipare horam.

Nota iure cōmuni horam die ieiunij ad manducandum fuisse tertiam post meridiem, cap. foliis de consecrat. dift. 4. At communi conuentudine hora taxata est vndeceima cum dimidiatissimodam est hora vndeceima, vt notat Metina lib. 1. infraet. cap. 14. §. 10. Angles floribus 1.p. mat. de ieiunio, fol. 440. & 441. & alii viti docti.

Sic primi conclusio. Hora praefixa ad manducandum, non est de essentia ieiunii, sed est circunstancia cadens sub ieiunij pracepto. Ratio, quia ex iusta causa potest anteuerti, & tamen mandebit time ieiunium. Ita Palacios 4.dif. 15. dif. 7. fol. 130. Metina ubi supra, Caet. 2. 2. q. 147. art. 8. §. ad hec breuer, & colligitur ex Nauar. cap. 21.

Hisp. num. 21. Lat. 22. ubi dicit dispensatum quod ad horam non ex hoc immunem esse a ieiunio. Idem D. Henriquez in suis scriptis.

Hinc fit, si quis in die ieiunij anteuerteret horam, licet peccaret, ut adhuc tenetur ieiunare, quia potest silentiam ieiunij seruare. Ita Doctor Henriquez ubi supra.

Secunda conclusio. Qui absque iusta causa notabiliter horam ieiunij anticiparet, peccat mortaliter, quia soluit ieiunium, de quo vide, quia dixi lib. 4. summa cap. 11. num. 51. Ita Abul. cap. 6. Althai. q. 172. 173. Ledeim. 2. 4. q. 17. art. 4. fine. Sylvest. verb. ieiunium, q. 4. dif. 3. Turrecrem. cap. solent, de consecr. dif. 1. num. 2. Palacios ubi supra, & verb. ieiunium, D. Anton. 2.p. tit. 6. cap. 2. §. 10. Nauart. cap. 21. Lat. & Hisp. num. 27. Angles supra, Tabien. verb. ieiunium, q. 5. Capua lib. 2. decisi. cap. 36. num. 3. 1. Honcalo opus de ieiunio, Palud. 4. dif. 15. q. 9. num. 31. Richardus 4. dif. 1. 5. art. 3. q. 6. Couar. 4. var. cap. 20. num. 14. gloriosa cap. unum, §. alias, dif. 3. Margarita Conceil. ubi de gula fol. 111. D. Thom. 4. dif. 1. q. 5. art. 4. que flum. 3. Caet. 2. 2. q. 147. art. 7. licet contrarium tenet Angel. verb. ieiunium, p. 2. Toletus lib. 6. summa cap. 2. num. 8. Ludouic Lopez 2.p. p. in fruct. cap. 112. fol. 712. Gabr. 4. dif. 1. 6. q. 3. art. 3. & videtur tenere Metina lib. 1. summa, cap. 14. §. 10. fol. 97. & Manuel 1. rono, summa, cap. 2. 3. num. 3. aiunt enim aliquos dicere non est mortale, nec reprobant. & Abul. dif. 4. q. 172. videtur cenere esse probabile: & videtur vere Innoc. rubr. de obseruat. ieiunij, num. 4. dicit enim non frangere ieiunium.

Tertia conclusio. Ex causa iusta potest absque culpa notabiliter hora ieiunij anticipari, ut propter alias pias occupationes, vel iter, vel stomachi debilitatem. Ita Abulen. Palacios, Caet. Gabr. Honcala, Margar. Nauarr. ubi supra, Innoc. rubr. de obseruat. ieiunij, Viguer. lib. infraet. cap. 7. §. 3. ver. 3. primos, Angles & alii.

Prima nota, quod in die ieiunij licitum est diffidere prandium ultra horam vndeceimam quantum quilibet voluerit, modo id non fiat causa superstitutionis: quanto tardiori hora comeditur, melius ieiunari, quia difficultus redditur ieiunium, & Ecclesia non precipit manducari hora vndeceima, sed ne ante illam comedatur. Sic Caet. verb. ieiunium, cap. 21. Nauar. cap. 21. num. 27. Sylvest. verb. ieiunium, q. 4. Palacios 4. dif. 1. 5. dif. 8. Ludouic. Lopez 2.p. infraet. noui, cap. 112. de ieiunio, fol. 713. & omnes.

Secundum anticipare horam debitam ieiunij parum, vt si quis comedat per dimidiam horam ante vndeceimam in die ieiunij etiam absque causa, non est mortale, sed veniale, quia parum pro nihilo reputatur. Sic docti iuniores.

Tertio, qui in die ieiunij culpabiliter preueniret notabiliter horam ieiunij, comedendo, & v.g. hora oculata sine causa, licet id facerit animo foliendi ieiunium, adhuc tenetur illo die ieiunare, si talis comestio fuit de se sufficiens ad plenē se reficiendum, & vel fuit in ea quantitate, ut potuerit sumi loco serotinae collationis, tenetur ieiunare, reputando cum pro serotina collatione, & potea prandeo in summi dixi de voto ieiunum, lib. 4. summa cap. 11. q. 4. Ratio, quia ieiunium quodam substantiam, & essentiam, adhuc potest seruari, quia preuenire horam, ut supra dixi, non est contra clementiam ieiunij, sed est peccatum mortale contra praecettum

praeceptum annexum ieiunio; vt si quis in Quadragesimali ieiunio, non habens bullam, ederet oua, peccaret mortaliter, ut teneatur adhuc ieiunare. Et confirmatur, quia si hora solita ederet animo non ieiunandi, adhuc tenetur ieiunare, quia adhuc potest seruare substantiam ieiunij. Vnde quod dicunt Doctoris, quod qui semel fregit ieiunium, vel manu aliiquid sumpsit per inaduentiam mortaliter culpabilem, non peccat deinceps concedendo, intelligitur, quando sumpsit talen refactionem, quia non est sufficiens ad integrum prandium, nec ad serotinam collationem propter excessum, vel quia licet est sufficiens ad prandium, quia tamen illam sumpsit summo mane, non poterit cum sola illa abstinere, visque ad sequenter diem, in his enim casibus non tenetur amplius ieiunare, nec peccat in secunda commissione, non quia fregit ieiunium quo ad substantiam suam, sed quia necesse habet iterum comedere; & sic non potest iam amplius ieiunare. Sic Ludouic. Lopez dicto cap. 112. fol. 711. & docti iuniores.

D V B I V M XXIX.

An dispensatus ut edat carnes, sit excusatus a ieiunio.

Abstinentiam carnium tenent communiter Doctoris esse de essentia ieiunij, quare qui carnes ederet, ieiunium solueret, ut communis vnius, & intellectus populi Christiani attestatur.

Venit circa dubium propositum duplex est sententia.

2 Prima tenet edentem carnes ex dispensatione, teneri ad ieiunium. Ratio, quia non potest in omnibus seruare ieiunium, tenetur in eo quod potest. Ita Pedraza in summa 3. praepcto, §. 1. Ledeim 2. 4. 9. 1. art. 3. fol. 20. 3. ver. secunda propria. Metina C. de ieiunio, q. de his, qui ad ieiunium tenentur, §. de infirmis, Corduba summa, q. 143. & 167. Saltum quando dispensatio ut edat carnes non est ob praesentem necessitatem, & idem quod Corduba tenet Angles floribus, 1.p. stat. de ieiunio, fol. 430. & Anton. Gomez in bulle clausula 7. n. 5. Manuel in bull. §. 6. num. 4. temp. 1. summa cap. 24. num. 9. Vega tomo 1. summa, cap. 14. cap. 3. Valentia 2. 2. dif. 9. 9. 2. puncto 5. Candelab. 3. p. cap. 1. 5. num. 4. 9. Ludouic. Lopez 2.p. infraet. de ieiunio, cap. 111. §. his tamen non obstantibus. Graffis 1.p. decisi. lib. 2. cap. 37. num. 59. Emanuel S. summa verb. ieiunium, dicit verumque sententiam esse probabilem.

3 Secunda sententia tenet dispensatum ut edat carnes, non teneri ad ieiunium. Ratio, quia abstinentia a carnis, est magis de essentia ieiunij, quam vna coniunctio, ut docet Palacios ubi infra, & Ludouic. 4. dif. 1. 5. 9. 4. n. 32. Nauart. ubi infra, ergo sicut dispensatus in vna coniunctione non tenetur ieiunare, quia non compatitur ieiunium binas coniunctiones, ita dispensatum in eis carnum, &c. quia eius carnum, & ieiunium non se compatuntur. Ita tenet Caet. 2. 2. q. 147. art. 8. § ad hoc dictum. Honcalo opus de ieiunio, Nauart. Hisp. cap. 2. num. 25. Metina lib. 1. infraet. cap. 14. 8. 10. Palacios 4. dif. 1. 5. disp. 8. fol. 125. §. sexta conclusio, & fol. 126. 1. 8. Gabriel 4. dif. 1. 6. q. 3. art. 2. Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 1. 3. num. 13. & multi ex iunioribus viri docti; & haec sententia est multo probabilius, & ei fluent Bullæ Cruciate Pij V. & Gregorij XIII. Vide quod in simili dixi de voto ieiunij lib. 4. summa, cap. 1. 1. num. 53. circa medium.

Nota tamen ex Abul. cap. 6. Mathei, q. 171 & 4 Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 1. 3. num. 12. quod si quis in extrema necessitate carnes edat, quia cibum aliunum non habet, & est dies ieiunij, non ex hoc a ieiunio excusat, quia non virtutis cibibus, ut carnes sunt, sed ut instrumentum sustentandi natura. Sed verius est non teneti ieiunare, quia abstinentia a cibibus est de essentia ieiunij, & ita vtcumque manducentur, non potest seruari ieiunium.

D V B I V M XXX.

An qui habet facultatem edendi carnes, & non vult illas edere, teneatur ieiunare: & quid si voulent ieiunare, & sic sit dispensatus ad edendas carnes.

Ratio dubitandi est, quia si iste ederet carnes, ut licet potest, excusat ut ieiunio: ergo etiam quando non vult illas edere, excusat ut ieiunio. Confirmatur primò, quia accessorium sequitur naturam principalem; sed iste est absolutè dispensatus ad edendas carnes: ergo est dispensatus a ieiunio, quia dispensatio a ieiunio est accessoria ad dispensationem carnum. Confirmatur secundò, quia absurdum videtur, quod iste qui in meridie comedit pisces, possit in nocte cenare carnem, & non possit cenare pisces.

Dico tamen primò, quod si ille habet manifestas vires, & salutem ad ieiunandum, sed ad præseruandum se ab aliqua infirmitate edit carnes, tunc si aliqua die ieiunij non comedat carnes, tenetur illa die ieiunare. Ratio, quia nonnulla alia ratione excusat a ieiunio, nisi quia abstinentia a carnis est conditio essentiae ieiunij, & illa non seruata, non potest ferari ieiunium: ergo si seruant illam conditionem, cum possint reliquias seruare, tenentur. Sic docti iuniores. Item, quia excusat a ieiunio, eo quod debet laborare, si non labore, tenetur ieiunare: ergo excusat a ieiunio, eo quod possit edere carnes, si illas non edit, tenetur ieiunare. Item, quia si illa die censat infirmitas, seu necessitas edendi carnes, teneatur ieiunare: sed censat necessitas, quia (ut supponimus) ille potest sine notabili damno abstiner a carnis illa die: ergo tenetur ieiunare.

Secundò dico, quod qui habent facultatem ad comedendum carnes ratione debilitatis, & infirmitatis praesentis, licet aliqua die non comedant, non tenentur ieiunare, licet illorum saluti conderet illas non comedere eo die, & ieiunare ut patet ex iis, quae dixi supra dub. 4. Sic nonnulli docti iuniores.

Idem dicendum est de eo, qui voulit ieiunare, & dispensatus est ad edendas carnes: si enim aliqua die non vult edere carnes, teneatur ferare volum ieiunandi illa die, si vires habeat, & si fortibus, quia vorum ieiunij obligat ad instar praecetti, ut dixi lib. 4. summa; vnde quando non excusat a praecetto, non excusat a voto.

Ad argumentum in principio dubij propositum responderetur conceitto antecedenti, negando consequentiam quia ieiunium est incompatibile cum ei carnum; atque adeo co ipso, quod de facto illa

illas edit, non potest seruare ieiunium, & consequenter non tenetur ad illud. At vero licet habeat facultatem edendi carnes, quandiu tamen illas non edit, potest seruare ieiunium, & ideo tenetur ad illud. Ad primam confirmationem respondetur negando minorum, quia tolum est dispensatus dependenter a causa; cum autem ea die, quia prandit pices, & illis sufficienter refecit, cetera causa edendi carnes, cetera etiam dispensatio ad ieiunio, quae erat accessoria. Quod si dicas non cessare causam dispensationis, co quod quis vescatur piscibus volens pati damnum, quod in deo prouenit: ergo potest adhuc edere carnes, & consequenter non tenetur ieiunare. Respondetur, quod licet non cetera causa absolute, & ideo potuerit edere carnes, immo peccat contra temperantiam edendo slos cibos sibi noxiros, tamen eo ipso, quod iam vult piscibus vesci, cetera illa die causa edendi carnes, cum illis non indigeat, quia sufficienter prandit, atque adeo tenetur ad ieiunium.

Ad secundam confirmationem nego, quod ille possit cenare carnes, aut pisces, nec potest sumere quidquam aliud prater consumat collationem, quia licet sit dispensatus ad carnes, supposito tamen, quod non vult utri dispensatione, & illas de facto edere, tenetur seruare praecipuum ieiunio, quia illi comparabile cum aliis cibis, & a quo ex solo esu carnium excusabatur, quia erat incompatible cum illo, ut supra diximus.

D V B I V M X X X I .

An qui habet priuilegium, ut edendo carnes satisfaciat praecipuum ieiunio, quale concedebatur in Bullis Crucis antiquis, teneatur ieiunare, licet comedat carnes.

Quidam affirmant teneri. Probatur, quia cum Ecclesiastico, potest Papa illam mutare, & statuere, ut sit ieiunium edendo carnes: ergo hic, qui edit carnes, habens simile priuilegium, tenebitur ad tale ieiunium. Secundo, quia habens priuilegium, ut tempore interdicti possit audire facrum, tenetur illud audire: ergo similiter habens priuilegium, ut possit cum carnibus satisfacere ieiunio, tenetur ieiunare. Sic videtur tenere Nauar. lib. 3. consil. iii. de obseruacione non, conf. 9.

Sed verius est non teneri. Ratio, quia priuilegium, quod datur in favore priuilegiati, non debet obligare ipsum priuilegiatum: nec est simile de eo, qui habet priuilegium ad audiendum Millam tempore interdicti, quia ieiunium est opus penale, & grauamen corporis. Sic Henriquez, & alii docti iuniores.

D V B I V M X X X I I .

An si quis in die ieiunii Quadragesimalis, in quo sunt prohibita ova, habeat sufficientem sustentationem secundum modum suum absque hoc, quod comedat ova, vel lacticinia, si non ieiunet: at vero ieiunare neguit, si non comedat ova, vel lacticinia absque Bulla: eam enim non habet, nec habet unicam refectiōnem sufficientem protō die, ut se

ieiunet, nisi haec comedat, an posset, & retinetur comedere haec, ut sic seruet preceptum ieiunij.

R E spondetur, quod licet probabile fatis sit non teneri: at probabilius est teneri. Ratio, quia hic praecipuum ieiunio est principale, & ita si non potest aliter seruari nisi comedendo ova, tenetur, ut possit illud seruare, sicut illi qui non potest ieiunare, nisi anticipando horam prandii conuentam, tenetur ieiunare, illam antcipando, ut supra dixi, licet alias determinatio haec hora obliget ad mortale. Sic docti iuniores.

D V B I V M X X X I I I .

An sit licitum abbreuiare vitam ieiunii, & abstinentias, & vires minuere.

S Vpponendum est aliud esse non prolongare vitam, & aliud abbreuiare vitam. Sit prima conclusio. Nullus tenetur prolongare vitam, immo nec illam conferuare vtendo optimis & delicatissimis alimentis, immo hoc est reprehensibile. Probatur, quia non tenetur quis vivere in loco saluberrimo, sed potest habitare in regione nociva ratione frigoris, vel caloris: nec tenetur exquirere exquisitissima medicamenta, &c. ergo. Item, non tenetur abstineat a vino, ut diutius vivat: ergo. Sic Victoria relect. de temperant. dub. ultima. Ledezm. 2. 4. q. 17. art. 6. fol. 214. Panorm. cap. si vero, de ieiunio. Maior. 4. d. 38. q. 24. Adrian. quodlib. 1. art. 3. ad 9. Couar. 1. 24. cap. 2. num. 1. o. Gerlon. 1. 23. de abſt. Carthusianum a carnibus. Nauar. lib. 2. de ref. cap. 3. n. 88. Sotus lib. 5. de ieiun. q. 1. art. 6. ad 1. Cordub. lib. 1. q. 24. q. 38. ad 4. Metina C. de ieiunio. q. ultima, & Metina C. de ieiunio, q. ultima, dicit non licere per ieiunia sensibiliter abbreuiare vitam.

Lib. V. Cap. I. Dub. XXXIV. 131

viris perfectis respire medicinan in aliquibus morbis, & doloribus grauibus, non afferentibus periculum mortis, v.g. in dolore passionis iliacae remedii omittere ad profectum spirituale, & carnis mortificationem, & ad experiendum dolores Christi in passione. Sic Nauar. in omnibus summis, cap. 1. num. 4. Caet. 2. 4. 9. 97. art. 1. & alij. Similiter tempore martyrij fas est respire medicinam corporalem. Nauar. & Caet. ibi, & clarè sentit Caetan. licet tempore martyrij estet periculum mortis, quia (inquit Caet.) utilitas maxima est, necessitas promptitudinis animi ad sustinendum, & prompte testimonium perhibendum faci; si autem martyris medicinam luscipere, videatur minus sponte haec pati pro Christo. Hoc est contra Sotus 4. dif. 4. q. 9. 5. art. 2.

Quarta conclusio. Si quis ieiunet, vel abstineat ea intentione, ut breuiter moriatur, peccat mortaliter, tenetur enim quicunque non intendere breuiare vitam, cum non sit fuit vita dominus. Sic Victoria supra, Ledezma dicit art. 6. fol. 214. & art. 1. fol. 1. 96. Angles floribus, 1. p. materia de ieiunio, fol. 41. Caet. 2. 2. q. 147. art. 1. Nauar. cap. 1. 5. in omnibus summis, n. 12. Couar. 1. var. cap. 2. n. 10. Toleatus, & alii docti iuniores. Et sic venit intelligentius D. Hieronymus (quem afferet D. Thomas 2. 2. q. 147. art. 1. ad 2.) qui ait, non differt, an parvo, vel magno tempore te interimas.

Nota aliquis adhuc tenere, peccare abbreuiantem vitam per premitias, & non explicit requiri, ut faciat intentione abbreuiandi vitam. Si Sotus de secreto, memb. 1. q. 3. in conclus. 3. in confirmatione quinti argumenti, & Cordub. in addit. ad illam, explicans quomodo notabiliter abbreuiat. Nauar. cap. 1. 5. in omnibus summis, num. 1. 2. dicens esse mortale, quando adiuriet notabiliter abbreuiare vitam, licet bono fine faciat illas premitias. Couar. supra dicit tamen tantum esse veniale, quando bono fine facit, & Metina C. de ieiunio, q. ultima, dicit non licere per ieiunia sensibiliter abbreuiare vitam.

Sit tamen quinta conclusio. Licitum est ieiunare, & abstineat etiam a communibus cibis, non tantum quo ad plurimum confectionem, sed etiam quantum ad quantitatem, dummodo sumatur cibus necessarius ad alimentum, & confectionem individui, & dummodo quo non impeditur per hoc ad impletione sui officii, quamvis sic ieiunans, & abstinentia clara, & sensibiliter videat, & adiuriet ex tali abstinentia diminui eius vitam. Probatur, quia hoc non est intendere abbreuiare vitam, seu occidere fe, sed tantum est uti mediis ordinatis à natura ad sustentationem, & non prolongare vitam, ad quod nullus tenetur, ut dixi. Secundo, quia (ut dicit D. Thomas 2. 2. q. 25. & 26. & omnes) licitum est exponere vitam corporalem pro salute spirituali alterius, & pro vita corporali amici: ergo licet homini ieiunare, vel abstinere a cibis cum moderatione posita propter finem spiritualem, licet adiuriet sensibiliter abbreuiare vitam. Tertio probatur, quia alius efficit illicitum dare operari literis per multum tempus, & exercere artes validē laboriosas, ut cursorum, &c. per haec enim, experientia teste, sensibiliter abbreuiatur vita. Quartio probatur ex vnu multorum Sanctorum, & fundatorum Religionum, qui & exerceuerunt, & suis injunxerunt grauissimas penitentias, quibus vita sensibiliter abbreuiatur. Hac refectiōnem protō die, ut se

videtur esse contra Doctores citatos: sed fortè sunt intelligendi iuxta sequentem conclusionem. Sed hanc tenent docti iuniores Magistri, & exp̄lē videtur tenere Victoria, & Ledezma; & patet ex corollario primo, quod iuxta eorum sententiam intuli ex prima conclusione:

Sexta conclusio. Prædictum ieiunium, & abstinentia potest aliquando fieri indiscretæ, v.g. quando quis ita abficit a cibis communib, ut non sumat quantitatem præcisè necessariam ad alimento, & sustentationem, & valetudinem individui secundum diuerfant viri sciuīisque complexionem: & si faciat homo hanc abficiēt, vt carnis spiritu domet, & subiicit, & non adiuriet se excedere vtendo tali penitentia, nullum peccatum est; si verò adiuriet se excedere, putat tamen bene facere, peccat quidem, sed communiter venialiter propter rectam intentionem, & bonam fidem. Sic Couar. & Caetan. proximè citari, Nauar. dicto num. 1. Toleatus, & alii iuniores. Unde immerito Nauarra supra n. 91. reprobata hanc distinctionem.

Sepima conclusio. Qui per nimias abstinentias notabiliter se inhabilitaret ad officium, ad quod sub mortali tenetur, peccaret mortaliter, v.g. coniux, qui per nimias abstinentias se redderet impotentem ad moderatè reddendum debitum alteri coniugi. Dixi moderatè, quia non tenetur coniux satisfacere immoderatè concupiscentia alterius coniugis. Si Ledezm. 2. 4. 9. 17. art. 1. fol. 1. 97. pag. 1. & nonnulli docti iuniores, qui iuniores addunt, quod ille, cui ex officio incumbit docere legendi, vel predicando, si comedat aliquid, quod notabiliter noccat per magnum tempus impediendo ipsum ab officio, peccat mortaliter nisi animo confluenter relinquere officium; quia interficit iniuriam subditis, vel discipulis in re gravi.

D V B I V M X X X I V .

An licitum sit abſtinere a carnibus etiam in extrema necessitate, ut faciunt Carthusianos.

D E hac re vide Manuelem 2. como cap. 94. fine, 1. Sayo in clavi regia, lib. 5. cap. 7. num. 7.

Nota Carthusianos nullum habere votum de tali abstinentia, nec aliquod statutum obligans eam ad peccatum veniale: ut patet ex Petro Sutoro Carthusiano in historia sui ordinis, lib. 1. tit. 3. cap. 8. vbi refert ordinem Carthusianum extitisse per 170. annos abfice aliquo statuto talis abstinentia, sed sola consuetudine ab anno 1084. quando incepit talis ordo. Carthusiæ vixit ad 1254. in quo in quadam Capitulo generali factum est statutum de tali abstinentia sub grauissima pena in transgredientes, scilicet ut eiacerentur à Religione, & postea successu temporis vbi facta sunt noua statuta in secunda parte illorum cap. 4. temperata est pena, scilicet, quod si fuerit Prior, Vicarius, vel Procurator, perpetuo punitu officio: alij verò perpetuo carcere officiis, & incarcerated ad beneplacitum Capituli generalis. Quod autem talis statutum ad nullam culpam obliget, patet ex tempore statutum ad nullam culpam obliget, patet ex tenore constitucionis ipsius ordinis, que ad nullam culpam obligant, exceptis votis eschataibus. Sic docti iuniores.

Secundo nota, duplēcēt esse extremam necessitatem,

fitatem, quædam est ab intrinseco, quando scilicet infirmus iudicio Medicorum non posset vi-
tam conferare, nisi edendo carnes; vel quia alij
cibi sunt ei inutiles, vel quia nullum alium cibum
apparet. Altera est ab extrinseco, quando scilicet
quis non habet copiam alterius cibi præter cat-
enes, & sic fame morietur.

4. Quidam ergo dicunt circa præsens dubium
teneri Carthusianos edere carnes in quauis ex-
tremis necessitate, etiam ab intrinseco, v.g. quan-
do Medicus perit iudicarent, quod ni comedere
carnes, morerentur, etiam scilicet votum
non comedere carnes, & tunc non
comedentes carnes, censetur lepros occidere.
Sic Panorm. cap. sive vero, n.2. & ibi Alex. de Neu-
num, n.5. de inepiat. Sylvest. iuramentum, q. quæf.
20. Metina C. de ieiuniu. quæf. ultima; & iden-
titer sceluso scandalo, id est, nisi inde seque-
re tur dissoluto ordinis, & obseruant Regularis.
Gerson tract. de abstinentia Carthusianorum à car-
nibus, & Maioris 4. distin. 38. quæf. 2.4. & dicit
esse probabile Ledesma 2.4.9.17. art. 6. fol. 20.3. &
Victoria relati de temperantia, n.8. dicit esse valde
probabile. Idem tenet Mart. q. de abstinentia.

5. Sit tamen prima conclusio. In extrema nec-
essitate ab extrinseco potest, & tenetur Carthusianus
edere carnes; & in hac conuenientia cum Do-
ctoribus citatis. Ratio, quia cum mors illa sit
violentia, videtur illi impuniti; & sic refert Petrus
ille Sutor in sua historia quandam Carthusianum
edisse carnes, & iudicari esse in ordine suo non
fecisse contra statutum. Si tenet Victoria supra,
num. 10. Manuel 2. tomo summe, cap. 94. num. 16.
Ledesma supra, & docti iuniores dicentes aliquos
vivos, & doctos contra hoc tenere.

6. Secunda conclusio. In extrema necessitate ab
intrinseco probabilis est non teneri edere carnes,
licet in secreto, & fini scandalo velci possent.
Probat, quia in tali casu ille naturaliter moritur
ex morbo, cuius ipse non est cauila, nec ipse cen-
seretur se occidere, sed tantum non prolongare vi-
tam comedendo carnes: non tenetur autem quis
prolongate vitam omnibus modis possibilibus;
ergo. Secundus, quia non tantum pro virtute,
sed etiam pro virtutis augmento potest quis expone-
re periculum vitam corporis: at augerit Carthusi-
ano virtus abstinentie abstinentia in tali casu, &
crevit bonus tonus Religionis; & si in tali nec-
essitate id licet, sequeretur dissoluto Religionis,
& traheretur idem ad minores necessitates. Sic
Victoria num. 10. Ledesma supra, Petrus Sutor
ibi supra, & refert insigne miraculum ad id con-
firmandum: idem tenet Dionys. Carthus. in lau-
dibus sui Ordinis, Manuel supra, & communiter
docti.

7. Tertia conclusio. Carthusianos possunt in tali
necessitate edere carnes, quia non habent votum
non edendi, nec statutum obligans ad eulpam: at
poterent metiū puniri poena statuti. Unde si fe-
cissent votum talis abstinentia, & tenentes etiam
in tali necessitate abstinerent. Probat, quia votum
est de re licita, & bona; ergo obligat. Hec
clarè videtur esse contra Victoriam, & Ledesm.
ibi: dicunt enim possere edere carnes, & videntur
supponere habere votum non edendi carnes. Sed
nostram conclusionem teneant recentiores Magi-
sti: & quod non possunt, si faciunt votum, te-
nent Manuel supra.

Et notat Victoria num. 9. quod non tantum fe-
creò, sed etiam publice posset Carthusianus in
tali necessitate edere carnes, licet leuant aliqua
diffidatio huius abstinentie, & late ibi probat.

8. Ultima conclusio: licet non possit emitte votum
de abstinentia à carnis præcisæ in extrema
necessitate; quia hoc non est res bona: at potest
quiuis particularis emittere votum de abstinentia
perpetua, & sic non edere carnes in tali necessitate;
quia abstinentia à carnis perpetua est bo-
num in modo secluso voto si quis proposuisset num-
quam comedere carnes ob bonum abstinentia,
posset in tali extrema necessitate non comedere,
vt patet ex dictis. Sic Victoria num. 10. Ledesma.
fol. 20.3. & sequenti, & prædicti iuniores: licet Ma-
nuel supra dicat quod persona priuata non tenetur
feruare tale votum, quia non est in bonum Reli-
gionis, & hoc idem Sylvest. votum, 2.9.13. Angel.
votum, 3. num. 21.

Tandem nota, quod quando aliqui absolu-
to videntur non edere carnes, vel non edere in tali die,
si contingat morbo labore, possunt edere; quia
communiter non intelligunt in tali necessitate, vt
dicam in materia de voto.

D V B I V M XXXV.

Vter peccet magis, qui in capite Quadragesime
vult nullam diem Quadragesime ieiunare,
re, an is, qui per singulos dies non vult
ieiunare.

Martinus de Magistris tenet illam generalem
volitionem esse peiorē, quam omnes il-
las particulas.

At verius est esse peiores illas 40. volitiones
particulares; quia sunt efficaciores, & intensio-
res. Sic Palat. 4. dist. 1.5. diff. 8. fol. 1.8. & quidam
docti iuniores. An vero sint necessari confundere
singulae volitiones, in mat. de Penitentia.

C A P V T II.

Circa obseruationem festorum.

S V M M A R I V M .

1. An præceptum sanctificandi festa sit positum, vel negatum, & quo iure inducit.
2. An hoc præcepto inobedire aliquis cultus interior Dei, ut peccatorum contrito, dilectio Dei, &c.
3. An hoc præceptum obligat nos ad non peccandum in die festo, & sic peccare in die festo sit cir-
cumstancia necessaria detegenda in confessione.
4. An obseruatio omnium festorum sit pars, ita ut
quævis causa sufficiens ad laborandum in uno
festo, sufficiat, ut laboreetur in reliquo.
5. Quai dies festi sunt ex præcepto obseruandi, & quis
positus est instituire.
6. Qualia sunt opera seruilia, que in festis prohiben-
tur, & in quo consistat esse seruilia, an scilicet
aliquid ad hoc conductus gravis, vel pretio
fieri.
7. An iter agere, sine equestrem, sine pedestrem,
fus sit in diebus festis, & bestias oneratas de-
ferre.
8. An sit licitum scribere in die festo.
9. An sit transcribere in die festo.

10. An tabellinibus, & coronis minimis fus sit in
diebus festis facere scripuras, & eas transcri-
bere.
11. An sit licitum in festis rationem facere, id est, dar-
y tornar cunctas.
12. An pingere si opus seruile, & illicitum in festis.
13. An moleste sit licitum in festis.
14. An venatio, & occupatio licet in festis.
15. An sit licitum pacisci in diebus festis.
16. An scribendum in Dominica, & festis tornan-
ta exerceri, & ieiunia, qui His, vocatur justas,
& alias seruiles.
17. An exercere ciuitatis ludos in Adventu, & Qua-
dragesima, si peccatum mortale.
18. An ratione necessitatis fuisse sit in diebus festis ser-
uilia exercere.
19. An sufficiens causa sit exercendi seruilia in festis
ceffatio magni lucri occurritis repente, &
transitory.
20. An ex Ecclesiæ dispensatione fus sit laborare in
festis.
21. An ex consuetudine excusenur à mortali barbi-
torum condentes barbam in festis, factores
persicentes aliquas vestes in festis, & factores
cum confidente calceo, Hispani delurari.
22. An ex eadu diuino ad quem ordinante, reddan-
tur lisita opera corporalia in festis.
23. An opera seruilia sunt licita in festis propter pi-
etatem, ut propter Ecclesiam, vel monachorum,
vel ad pauperes adest, vel ob possessionem, &
viacionem refectiōnem.
24. An propter opera seruilia sunt etiam alia prohibita
in festis.
25. Quid nomine mercati intelligatur.
26. An nomine mercati intelligatur etiam prohibe-
ris ab Ecclesia omnes negotiaciones, & locationes,
conductiones, & similes contractus.
27. Quid intelligatur nomine placit, & an licet
aliquando lies, & processus iudiciale in die
festo.
28. An licitum sit in die festo informare iudicem
cum Advocato, & procuratore.
29. Quonodo sit prohibitum in festis iudiciorum ad
mortem, & panam?
30. Qualiter prohibetur iuramentum in die festo.
31. An præceptum hoc sanctificandi festa obligat sub
peccato mortali.

D V B I V M L.

An præceptum sanctificandi festa sit positum,
vel negatum, & quo iure inducit.

1. Ita prima conclusio. Hoc præceptum est affirmatum. Probatur, quia Exod. 20. ponitur affirmatiōne, Me-
mento, ut dictum Sabbathi sanctissimi. Verum forma, & modus sanctifi-
candi subditur negatiōne, id est, non facies opus ser-
uile in eo. Sic D. Thom. 2.1.9.12. art. 4. Soto lib. 2.
de inst. 9.4. art. 4.
2. Secunda conclusio. Hoc præceptum partim est de iure naturali, & diuino, partim vero de iure
humano; nam quo ad hoc, quod est aliquis dies
diuino cultui deputare, est de iure naturali: nam
cum iure nature tenetur quilibet homo colere
Deum, inde est, quod iure nature tenetur aliquo
tempore ab aliis negotiis vacare, & huic muneri

Secundo nota, non tantum esse præceptum di-
uinum & naturale de colendo Deo in aliquo tem-
pore indeterminato, sed etiam de aliquibus die-
bus festis instituendis ad diuinum cultum. Vnde
Ecclesia non posset dispensare, quod nullus sit dies
festius cultui diuino specialiter deputatus. Pro-
bat, quia præceptum diuinum vetus de sanctifi-
candis festis manet, modo quo ad morale, sed mora-
le est, quod si aliquis dies dedicatus cultui diuino,
& id est confonatur iuri nature: quia male posset
alii hoc præceptum ab omnibus seruari: ergo.
Sic Couart. & Corduba. vbi supra.

D V B I V M II.

An hoc præcepto iubetur aliquis cultus inter-
ior Dei, ut peccatorum contrito, dilectio Dei, &c.

D V B I V M III.

Prima tenet partem affirmantem. Proba-

tur: est præceptum affirmatum; ergo non tan-

tum obligat abstinendum ab operibus seruili-

bus, quia sic est negatum. Sic Scotus 3. dist. 2.

& 37. Tabien. verbo charitas, num. 20. Angel. verbo

series, num. 4.

Secunda sententia, quæ ac certa est tenenda, est

negativa. Probatur, quia finis præcepti non cadit

sub præcepto, ut optime D. Thom. 1. 2. 9. 100.

an. 9. sed talis cultus internus est finis huius præ-
cepti: ergo. Sic D. Thom. 2.1.9.12. art. 4. Caetan.

ibi, & in summa verbo festorum violatio, & verbo con-

fessio, Soto lib. 1. de inst. 9.4. art. 4. Ludovic. Lo-

pez in festis. conf. lib. 1. cap. 5. Pacz. cap. Missa,

de conf. dist. 1. num. 8.9. Corduba. lib. 1. quest. 9.5.

dub. 8. difficultate 3. Couart. lib. 4. var. cap. 1.9. num. 1. &

cap. ad manu. t. p. 5. num. 3. Nauar. cap. 1.3. num. 2.

& 17. Sylvest. verbo, Dominga, q. 6. Armill. verbo

festum, num. 1. & 26. D. Anton. 2. p. 11. cap. 7. s. 4.

Alcozer in summa, cap. 17. Pedraza 3. præcepto. Mar-

garita confessi, 3. præcepto, fol. 6.8.

Ad argumentum responderetur, præceptum hoc

esse